CITTÀ DI FIRENZE
BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
LANDAU FINALY
MSS. 18

808
826

BIBLIOTECA

BIBLIOTECA

BIBLIOTECA

declara° reg° frūz mīnoz
gg° ppe [illegible] nonj

GREGORIVS eps̄ seruus seruorū dei Dilectis filijs Gnāli
et prouincialibus Ministris Ac Custodibus ceterisqꝫ fratribus
ordinis frūz Minoꝝ. Salutem et apostolicā bndictionē. Quo elō
gati a seculo ut columbe pennis assumptis in secessum ꝯtemplacionis supra
nos ipōs alacrius euolastis: et conspectus peccatoꝝ macula prudentis. et pluri
ꝑ que conspectus salutis impediri profectum cordis urī oculus speculatur
Vnde que tecta sunt alijs in consciencijs urīs quibꝫ spiritus manifestat Sed
splendore intelligencie spiritualis caligine humane infirmitatis obducto. scru
pulus interdum dubitacionis inducitur et difficultates q̄si inextricabiles
ingeruntur. Sane constitutis nuꝑ in presencia nr̄a nuncijs q̄s uos
filij prouinciales ministri misistis qui eratis in Gnāli cap° congregati
Et te fili Gnālis Minister ꝯperente. fuit nobis expositum q̄ in regula
urā quedam dubia et obscura, et q̄dam intellectu difficilia Sed sancte
memorie xp̄i confessor franciscus nolens regulam suā ꝑ aliquus frēs
interpretacionē exponi mandauit circa ultim̄ uite sue qd̄ mandatū ipius dr̄
testamentū, ut uerba ipius regule nō glosentur, et ut uerbis utuntur
eiusdem q̄ sic uel sic intelligi debeant nō dicitur Addens q̄ frēs nullo
mō aliq̄s lrās ab apostolica sede petant. et alia q̄dam inter serēs que non
possint sine multa difficultate seruari. Propt̄ qd̄ hesitātes an teneanī
ad obseruacionem testamenti predicti dubietatem huiusmōi de cordibus
urīs frūz urōꝝ ꝑ nos amoueri petistis. Et cum ex longa familiaritate
quam idem confessor nobiscum habuit plenius nouerimus intencionē ipius
et in condendo predictam regulā, et in obtinendo confirmacionē ipius ꝑ
sedem aplicam sibi astitimus dum adhuc essemus in minori officio con
stituti declarari similit̄ postulastis dubia et obscura regule supradicte, necnō
et sup difficilibus respondere. Sane q̄uis predictum confessorē xp̄i piā
intencionē in prefato mandato habuisse credamus, et nos uestris uotis eius
et desiderijs sanctis affectus ōimode conformari. Nos tn̄ attendentes aiaꝝ
et difficultates q̄s ꝑ hec possetis incurrere dubietatē de urīs cordibus
ammouendo ad mandatum illud vos dicimus nō teneri qd̄ sine ꝯsēsu
frūz et maxime Ministroꝝ q̄s uniuersos tangebat obligare nequiuit. Nec
successorem suū q̄molibet obligauit. cum nō habeat imperiū par in parē.
Ad hec sicut ꝑ predictos nuncios intelleximus dubitatur ab aliquibꝫ
frūz urōꝝ, ne tam ad ꝯsilia q̄ ad precepta euangelij teneantur. tū quia

Frēs nō tenentur ad obseruacionē testi bt̄i frañ.

Frēs nō tenentur ad ꝯsilia euange lica n° 2°

in regule vestre habetur principio. Regula et vita minorum fratrum hec est scilicet domini nostri Jesu Christi sanctum evangelium observare vivendo in obedientia sine proprio et in castitate. Tum quia in fine ipsius regule continentur hec verba paupertatem et humilitatem et sanctum evangelium domini nostri Jesu Christi quod firmiter promisimus observemus. Unde scire desiderant an teneantur ad omnia consilia evangelii quam ad ea que in ipsa regula preceptorie vel inhibitorie sunt expressa presertim cum ipsi ad alia non se obligare intenderint et vix vel numquam omnia ad litteram possit observari. Nos autem breviter respondemus vos ad alia consilia evangelii non teneri nisi ad ea ad que vos obligastis in ipsa. Ad cetera teneamini sicut ceteri christiani et eo magis de bono et equo quo vos obtulistis holocaustum domino medullatum per contemptum omnium mundanorum.

Quod non recipiant pecuniam.

¶ Item cum in eadem regula sit inhibitum ne fratres recipiant per se vel per alium pecuniam vel denarios ullo modo et ipsi hoc inpermutabiliter observare desiderant certiorari requirunt. Si aliquibus imminentibus deum fideles aliquos per quos ipsi subveniant necessitatibus eorundem sine offensione regule audeant presentare ac ad fideles eosdem pro necessitatibus ipsis secure recurrere conscientia cum denarios aut pecuniam eos noverint accepisse, quos tamen denarios vel pecuniam auctoritate propria non intendunt facere conservari nec nomine depositi exigere ab eisdem. Super quo duximus respondendum quod si rem sibi necessariam velint fratres emere vel solutionem facere pro iam empta possunt vel nuntium eius a quo res emitur vel aliquem alium volentibus sibi facere elemosinam nisi idem per se vel per proprios solvere maluerit presentare. Qui taliter presentatus a fratribus non est eorum nuntius licet presentetur ab eis, sed illius potius cuius mandato solutionem facit seu recipientis eandem. Idem tamen nuntius solvere statim debet ita quod pecunia non remaneat penes eum. Si vero pro aliis imminentibus necessitatibus presentetur elemosinam sibi commissam potest sicut dominus apud spiritualem vel familiarem amicum fratrum deponere per ipsum loco et tempore pro eorum necessitatibus sicut expedire viderit dispensandam. Ad quem etiam fratres pro huiusmodi necessitatibus poterunt habere recursum maxime si negligens fuerit vel necessitates ignoraverit eorundem.

Quod non fratres habent dominium mobilium sed usum.

¶ Preterea cum in ipsa regula contineatur expresse quod fratres nichil sibi approprient nec domum nec locum nec aliquam rem, ac ipsi in processu temporis comminari timeant ordinis paupertati presertim cum iam dixerint aliqui proprietatem mobilium ad totum ordinem pertinere in communi, nobis fuit humiliter supplicatum ut in hoc animarum dignaremur providere periculis et totius ordinis puritati. Dicimus itaque quod nec in communi

nec in speciali debent proprietatem habere, sed utensilium et librorum et aliorum mobilium que licet usum habere debeat ordo et fratres prout generalis minister vel provincialis disponendum duxerit hiis utantur, salvo locorum et domorum dominio illis ad quos noscitur pertinere. Nec debent vendi mobilia vel extra ordinem commutari aut alienari quoquo modo nisi ecclesie Romane Cardinalis qui fuerit ordinis gubernator generali seu provincialibus Ministris auctoritatem super hoc prebuerit vel assensum.

Recursus ad Ministros provinciales intelligitur pro peccatis publicis.

¶ Quia vero in quodam ipsius regule capitulo continetur ut si quis fratrum instigante inimico mortaliter peccaverit pro illis peccatis de quibus ordinatum fuerit inter fratres ut recurratur ad solos Ministros provinciales teneantur ad eos recurrere quantocius poterunt sine mora, ipsi pie dubitant utrum hoc de peccatis publicis tantum intelligi debeat an de publicis pariter et privatis. Respondemus igitur predictum capitulum ad manifesta tantum et publica pertinere. Volentes ut generalis Minister constituat vel committi faciat tot per provincias quot eorum ministri viderint expedire de maturioribus et discretioribus sacerdotibus qui super privatis audiant penitentes si fratres ministris aut custodibus suis ad locum eorum declinantibus maluerint confiteri.

Generalis non potest committere aliis examinationem predicationis.

¶ Ceterum cum prohibente regula nulli fratrum liceat populo predicare nisi a ministro generali fuerit examinatus et approbatus et sibi officium predicationis ab ipso concessum, certificari petistis utrum pro laboribus fratrum et periculosis discursibus evitandis generalis minister dictam examinationem approbationem et commissionem officii predicationis discretis aliquibus committere valeat per examinandos generaliter illis qui in provinciis constituti sunt vel specialiter per quibusdam. Ad quod damus tale responsum quod hoc generalis Minister nulli absenti potest committere. Sed qui indigere examinatione videntur mittantur ad ipsum vel cum Ministris provincialibus conveniant propter hoc in capitulo generali. Si qui vero examinatione non egent pro eo quod in theologica facultate et predicationis officio sunt instructi, si etatis maturitas et alia que requiruntur in talibus conveniant in eisdem possunt nisi quibus minister generalis contradixerit eo modo quo datum est ipsis predicare.

Vicarii provincialium Ministrorum non possunt recipere ad ordinem.

¶ Super eo autem quod dubitant fratres utrum vicarii provincialium ministrorum quos ipsi sibi substituunt cum ad Capitulum veniunt generale possint ad ordinem recipere venientes vel vestire iam receptos, dicimus quod non possunt cum nec ipsis ministris hoc permittitur nisi eis specialis super hoc licentia concedatur. Quibus etiam generalis minister sicut concedere sic negare potest licentiam supradictam. Et cum iuxta eandem regulam aliis quam ministris provincialibus fratrum recipiendi committi non valeat intromissio

Unus custos ex quolibet provincia intrat ad capitulum generale.

prouinciales ministri potestatem habeant hoc aliis committendi quod eis tantum et non aliis est commissum. Insuper dubitantibus vobis an per hoc quod in regula dicitur ut decedente generali ministro a prouincialibus ministris et custodibus in capitulo pentecostes fiat electio successoris omnium custodum multitudinem oporteat ad capitulum generale conuenire, cum ut omnia cum maiori tranquillitate tractentur sufficere possit ut aliqui de singulis prouinciis qui uocem habeant aliorum intersint. Taliter respondemus ut singularum prouinciarum custodes unum ex se instituant quem cum suo prouinciali ministro pro ipsis ad capitulum dirigant, uoces suas committentes eidem. quod etiam [illegible] per nos ipsos statutum huiusmodi duximus [illegible].

declaratio de ingressu Monasteriorum.

Denique cum contineatur in regula supradicta quod fratres non ingrediantur monasteria Monacharum preter illos quibus a sede apostolica concessa est licentia specialis, quia hoc de monasteriis pauperum monialium inclusarum fratres hactenus intelligendum esse crediderunt cum earum sedes apostolica curam habeat specialem, et intellectus huiusmodi per constitutionem quandam tempore dicte regule uiuente adhuc beato francisco per prouinciales ministros fuisse creditur in generali capitulo declaratum, nichilominus certificari postulastis an hoc de omnibus generaliter cum regula nullum excipiat an de solis monasteriis intelligi debeat monialium predictarum. Nos utique generaliter id esse prohibitum de quarumlibet cenobiis monialium respondemus, et nomine monasterii uolumus claustrum, domos et officinas interiores intelligi, pro eo quod ad alia loca ubi etiam homines seculares conueniunt possint fratres illuc causa predicationis uel elemosine petende accedere, quibus id a superioribus suis pro sua fuerit maturitate concessum, exceptis semper predictarum monasteriis inclusarum, ad que nulli datur accedendi facultas sine licentia Sedis apostolice. Datum Anagnie tercio kalendas octobris pontificatus nostri Anno Quarto.

Incipit declaratio domini Innocencii quarti super regulam fratrum Minorum.

INNOCENCIUS episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Generali et prouincialibus ministris ac custodibus ceterisque fratribus ordinis fratrum minorum Salutem et apostolicam benedictionem. Ordinem uestrum illo prosequentes affectu quo ipsum inter alios laudabilibus continue proficere incrementis feruenter optamus libenter ea per que optimi uigoris recipiat fulcimentum propria sollicitudine procuramus. Hinc est quod cum quedam dubia et obscura que in uestra regula continentur animos uestros confusione implicationis inuoluant et nodose intricationis difficultate impediant, et felicis recordationis Gregorius papa predecessor noster aliqua ex eis exposuerit et declarauerit simpliciter, Nos obscuritatem ab illis perfecte interpretationis declaratione omnino amouere uolentes et ambiguitatis scrupulum circa ipsa de uestris cordibus plenioris expositionis certitudine penitus amputare,

declaratur ad quod observantiam tenentur fratres.

Dicimus quod per eandem regulam quo ad obseruationem euangelii [illegible] non nisi ad ea dumtaxat euangelii consilia tenemini que in ipsa regula preceptorie uel inhibitorie sunt expressa. Licet autem ministris prouincialibus tam eorum uicariis quam aliis prouinciis fratribus ueniencium ad ordinem recepcionem pro suis prouinciis de consilio fratrum committere discretorum, nec tamen expedit conuerti uolentibus indifferenter admitti, sed illos tantum qui suffragantibus eis litteratura et aliis laudabilibus circumstanciis possint esse utiles ordini, sibique per uite meritum et aliis proficere per exemplum. Soli uero ministri egressos ab ordine cum redierint ad ipsum recipiant, et eiciant in certis casibus secundum determinationem uestri generalis capituli iam receptos.

Ministri possunt committere aliis receptionem venientium ad ordinem.

Quamquam uero predicta contineat regula quod clerici faciant diuinum officium secundum ordinem sancte romane ecclesie excepto psalterio ex quo habere poterunt breuiaria, cum tamen diuino intersunt officio cum aliis celebrantibus tunc eis illud sufficit et ad dicendum officium proprium non tenentur. Et licet in eadem regula sit prohibitum ne fratres recipiant per se uel per alios denarios uel pecuniam ullo modo, possunt tamen si rem necessariam aut utilem uellent emere uel solutionem facere pro iam empta, uel nuncium eius a quo res uenditur uel aliquem alium uolentibus sibi elemosinam facere nisi idem per se uel per proprios nuncios soluere maluerint presentare. Et taliter presentatus a fratribus non est eorum nuncius licet presentetur ab ipsis, sed illius potius cuius auctoritate solutionem facit seu recipientis. Et ad ipsum si soluto empte rei precio de huiusmodi elemosina remanserit aliquid apud eum possunt etiam fratres pro suis necessitatibus uel commodis licite habere recursum. Si uero pro aliis fratrum necessitatibus aut commodis nominetur aliquis uel presentetur ab eis, potest ille commissam elemosinam sicut et dominus conseruare uel apud spiritualem seu familiarem amicum fratrum nominatum uel non nominatum ab ipsis deponere, per eum loco et tempore necessitatibus uel commodis sicut fratres expedire uiderint dispensandam, seu etiam ad personas uel loca alia transferendam. Ad quos etiam fratres pro huiusmodi necessitatibus seu commodis

declaratio super receptione pecunie

sana conscientia recurrere poterunt. maxime si negligentes fuerint vel ignorantes aut incommoda ignoraverint eorundem. Et tales nominati seu deputati a fratribus non sunt ipsorum nuncii seu depositarii, sed illorum a quibus eis pecunia vel denarii committuntur. Nec fratres per se vel per interpositas personas denarios vel pecuniam recipiunt nominando vel sic aliquos deputando seu ad huiusmodi nominatos vel presentatos sic recurrendo cum non sit intencionis eorum ut de ipsorum auctoritate huiusmodi denarii vel pecunia construantur quando ab eis nomine depositi exiguntur licet nuncii vel depositarii ipsis committantur pro necessitate vel commodo eorundem.

Cura infirmorum

¶ Et cum in eadem regula subiungatur quod pro infirmitatibus necessitatibus infirmorum et aliis fratribus induendis per amicos spirituales ministri tantum et custodes sollicitam curam gerant debent alii fratres curam huiusmodi quam prefatis ministris et custodibus ex regula precipue incumbit cum sibi ab illis commissa fuerit gerere diligenter.

Nullius rei fratres possunt habere proprietatem.

¶ Dicimus insuper quod cum in ipsa regula contineatur expresse quod fratres nichil sibi approprient nec domum nec locum nec aliquam rem nec in communi neque in speciali debent habere proprietatem. sed locorum et domorum ac utensilium et librorum et eorum mobilium que licet habere ordo usum habeat. et fratres secundum quod generalis et provinciales ministri duxerint hiis utantur. nec vendi debent loca domus vel mobilia huiusmodi seu extra ordinem commutari aut alienari quocumque modo a quibuscumque personis ad usum fratrum donata vendita permutata seu quocumque modo concessa vel translata sunt vel fuerint nisi apostolice sedis vel ecclesie romane cardinalis qui pro tempore fuerit ordinis gubernator generali seu provincialibus ministris auctoritatem super hoc prebuerit vel assensum. Cum tamen mobilium quam immobilium huiusmodi ius et proprietas et dominium illis solis exceptis in quibus expresse donatores seu translatores sibi proprietatem et dominium reservasse constiterit ullo modo ad ecclesiam ipsam spectent cui domus et loca predicta cum ecclesiis atque suis pertinentiis quam omnia in ius et proprietatem beati petri suscepimus omnino tam in spiritualibus quam temporalibus immediate subesse noscuntur.

res viles possunt fratres largiri.

De utilibus autem et parum valentibus licet fratribus seu donationis intuitu vel pro aliqua rationabili et honesta causa obtenta super hoc prius superiorum suorum licentia extra ordinem aliis elargiri.

¶ Illud quoque regule predicte capitulum ubi dicitur ut si qui fratrum instigante humani generis inimico mortaliter peccaverint pro illis peccatis de quibus ordinatum fuerit inter fratres ut recurratur ad solos ministros

Recursus ad ministros intelligi per peccatis manifestis

provinciales teneantur predicti fratres ad eos recurrere quam citius poterunt sine mora ad manifesta et publica ipsum pertinet. possint autem ipsi ministri tamen pro laboribus quod discurrendis vitandis si expedire viderint custodibus et aliis discretis fratribus presbiteris super his committere vices suas. Volumus autem ut ipsi ministri constituant vel committant vices suas faciant tot per provincias quot ad hoc necessarios noverint de maioribus et discretioribus fratribus sacerdotibus qui super huiusmodi peccatis occultis vel privata fuerint audiant penitentes nisi ministris et custodibus suis ad loca eorum declinantibus maluerint confiteri.

Quod unus custos ex qualibet provincia vadat ad capitulum generale cum ministro etc.

¶ Ad hoc quod pro eo quod in regula dicitur de decedente generali ministro a provincialibus ministris et custodibus in capitulo penthecostes fiat electio successoris dicimus quod singularum provinciarum custodes unum ex se constituant quem cum suo provinciali ministro pro ipsis ad capitulum dirigant vices suas committentes eidem.

Cura examinandi predicatores committi potest ministris provincialibus cum diffinitoribus

¶ Et cum iuxta regule prefate tenorem nulli fratrum liceat populo predicare nisi a ministro generali fuerit examinatus et approbatus et sibi predicationis officium ab ipso concessum potest idem minister vices suas ministris provincialibus et eorum vicariis committere in hac parte ita tamen quod ipsi provinciales vel iidem vicarii in ipsorum provincialium absencia cum diffinitoribus in provincialibus capitulis fratres suarum provinciarum quos examinatione indigere crediderint examinent et approbent eisque huiusmodi officium prout secundum deum noverint expedire committant. Si qui vero examinari non egent pro eo quod in theologica facultate et predicationis officio sunt instructi si etatis maturitatis et alia que requiruntur in talibus conveniant in eisdem predictorum generalis et suorum provincialium ministrorum licentia seu mandato populo predicare.

Declaratio Nicolai tertii super regulam fratrum

NICOLAUS episcopus servus servorum dei Ad perpetuam rei memoriam. Exiit qui seminat seminare semen suum de sinu patris in mundum veste humanitatis indutus dei filius Christus per verbum evangelicum saturus in singulos probos et reprobos insipientes et ignaros studiosos et desides iuxta prophetam colonus futurus in terra semen suum id est doctrinam evangelicam sine delectu dispersit in omnes. Qui omnia tracturus ad se omnia salvare venerat. Qui

tandem se ipsum deo patri pro salute omnium in redemptionis humane precium
immolavit. Licet autem hoc semen in singulos communicativa caritate
dispersum sit quod cecidit secus viam cordis scilicet demonum suggestionibus
pervia. Aliud supra petram scilicet corda nullo humore fidei penetrata.
Aliud inter spinas corda scilicet divitiarum sollicitudinibus lacerata et
ideo ventis pravis affectibus conculcatum. Aliud aridum quod gratie caruit
humore reliquum legitur in ordinatis sollicitudinibus suffocatum.
Aliud tamen mite cor et docile terra bona suscepit. hoc est fratrum mi-
norum mitis et docilis in paupertate et humilitate per almum Christi con-
fessorem franciscum radicata religio. Qui ex illo vero semine
germinans germen illud per ipsum dispersit in filios quos sibi mediante
suo ministerio in observantia evangelii generavit. Isti sunt filii
qui docente iacobo verbum eternum dei filium insitum humane nature
in orto virginalis uteri potens salvare animas in mansuetudine
susceperunt. Hi sunt illius sancte regule professores que evangelico
fundatur eloquio et vite Christi roboratur exemplo fundatorum militantis
ecclesie apostolorum eius sermonibus actibusque firmatur. Hec est apud deum et
patrem munda et immaculata religio que descendens a patre luminum
per eius filium exemplariter et verbaliter apostolis tradita et deinde per spiritum
sanctum beato francisco et eum sequentibus inspirata in se quasi testi-
monium continet trinitatis. Hec est cui attestante paulo nemo de cetero
debet esse molestus quam Christus passionis sue stigmatibus confirmavit
volens institutorem ipsius passionis sue signis nobiliter insigniri.
Sed nec sic contra ipsos minores fratres et regulam ipsorum hos-
tis antiqui cessavit astucia quin potius per eos mittens superseminare
zizania interdum emulatores prelatos agitatos invidia incaudida
et indiscreta iusticia concitavit mordentes fratres et eorum regulam
quasi illicitam et inobservabilem et discriminosam caninis la-
tratibus lacerantes non attendentes hanc sanctam regulam ut predicitur
preceptis ac monitis salutaribus institutam apostolicis observationibus
roboratam per plures romanos pontifices approbatam et etiam per sedem apostolicam
confirmatam tot divinis consummationibus testimoniis communitam
que credibilia facta sunt nimis in tot sanctis viris in observantiis huius
regule viventibus et finientibus dies suos. Quorum nonnullis sanctorum
cathalogo sedes eadem scilicet apostolica ex eorum vita et miraculis fecit

asscribi. Ac novissime ipsis diebus istis per pie memorie Gregorium
nonum predecessorem nostrum approbatam ex evidenti utilitate que
de ipsa consequitur universalis ecclesia in generali lugdunensi concilio de-
claratam. Hec nos minus attendimus immo profundius
cogitamus sicut pensare debent subtilius cetera catholice fidei
professores quod ipse dominus ordinem predictum et eius observatores insp-
iciens sic eos ab insurgentibus in ipsos rancoribus salutari subsi-
dio reservavit ut nec ipsos fluctus tempestuosus allisit. Nec animos
in ordine ipso degentium consternavit quin potius in rigore
regulari convalescunt et amplectuntur in suorum observantia manda-
torum. Verum ut ordo predictus quibuslibet precisis anfractibus
distincta et pura vigeat claritate sicut fratres eiusdem ordinis nuper
in generali capitulo congregati providerunt dilectis filiis generali et
nonnullis aliis provincialibus eiusdem ordinis ministris qui in capitulo
ipso convenerant in nostra presentia constitutis. Cum ad plenam obser-
vationem eiusdem regule in rigore spiritus eorum fervere noscatur
intentio. Visum est nobis mordacibus huiusmodi vias mordendi
precludere aliqua que in ipsa regula videri poterant dubia de-
clarare. Nonnulla per predecessores nostros etiam declarata pleniori
claritate disserere. In aliquibus etiam ipsam regulam contingen-
tibus puritati eorundem conscientie providere. Nos autem qui a teneris
annis ad ordinem ipsum affectus nostros ereximus in illis succrescen-
do annis aliquibus eiusdem confessoris sociis quibus eius vita et con-
versatio nota erat super ipsa regula et sancta ipsius francisci intentione
frequenti collatione tractavimus. Et tandem cardinalis ac postmo-
dum eiusdem ordinis per predictam sedem gubernator corrector
et protector effecti conditiones predicti ordinis ex imminenti nobis
cura palpavimus. In apostolatus vero officio constituti tam de
pia intentione confessoris predicti quam de his que regulam ipsam et eius
observantiam contingunt ex predictis etiam longa experientia
informati nostros ad ordinem prefatum convertimus cogitatus. Et
tam ea que per predecessores nostros approbata et declarata esse noscuntur
quam etiam ipsam regulam et eam contingentia maturitate plena
discussimus. Nonnulla in presenti serie statuimus declaravimus correximus
et approbavimus. Approbata confirmavimus condidimus et addidimus

Declarao an fres teneantur ad csilia euangelica

plura etiam ordinando serosius et clarius q infrascriptis articlis
exprimitur. In primis sicut intelleximus ab aliquibus hesitatur
an fres eiusdem ordinis tum ad consilia q precepta euangelij te
neantur. tum qz in regule dicte principio habetur Regula et
uita minorum fratrum hec est scilicet dni nri ihu xpi Scm euangelium
obseruare uiuendo in obia sine pprio et in castitate. tum etiam ex eo
q in eadem regula ptinetur sic finito uo anno pbationis recipiantur
ad obiam promittentes uitam istam semp et regulam obseruare
tum etiam qz in fine ipsius regle ptinetur hec verba paupertatem
et humilitatem et sanctum euangelium dni nri ihu xpi qd firmiter promisimus
obseruemus. Licet felicis recordationis Gregorius pp nonus pdecessor
noster hunc articulum et nonnullos alios eiusdem ptextus regule de
clarauit. quia tamen eiusdem declaratio ptr aliquorum insurgentium in
frates et regulam mordaces insultus et multorum postea emergentium
casuum considerantes euentus in aliquibus obscura et in aliquibus se
mplena et in multis etiam ptentis in ipsa regla insufficiens uidebatur.
Hos obscuritate et insufficientiam huiusmodi pfate declarationis structu
rationibus amouere uolentes et cuiuslibet ambiguitatis scrupulum
in eisdem de singulorum mentibus plenioris expositionis certitudine
amputare. Dicimus enim in principio regule non absolute sed cum quadam mo
dificatione uel determinatione seu specificatione ponatur Regula et uita
fratrum minorum hec est scilicet Scm euangelium dni nri ihu xpi obseruare uiuendo in
obia sine pprio et in castitate Que tria eadem regula multum arte psequitur
et nichilominus alia multa nonnulla subnectit precipiendo phibendo
consulendo monendo exhortando et sub alijs verbis ad aliquem modorum
irreuocabilibus pdictorum de intentione regule liquere ualet apertius Ad
illud quod in professione quasi absolute subnecti uidetur promittentes uitam
istam semp et regulam obseruare. Et quod in fine subiungitur Et sanctum euan
gelium dni nri ihu xpi qd firmiter promisimus obseruemus totum ad ipsius
regule modificatum uel determinatum uel specificatum principium redu
catur. licet ad obseruantiam euangelij. ut ponitur per ipsam regulam in illis
tribus modificatam uel determinatam seu specificatam cum non sit ve
risimile ipsum Scm verbum ab ipso semel cum quadam modificatione uel de
terminatione seu specificatione prolatum licet quasi suceintorie repetitum vo
luisse in sui repetitione dari per eum sibi modificatione uel determinatione

seu specificatione sine certa causa carere Et utriusque uiris arguit nos decet
ea que in primo ad medium et ad finem. illa vero que in medio ad finem atque prin
cipium. et ea que in fine ad utrumque uel eorum alterum semper referri. Et
ideo q absolute diceretur omne promitto Scm euangelium obseruare nisi pro
fessor huiusmodi intenderet se ad omnium consiliorum obseruantiam obligare
quod uix aut numquam posset ad hunc obseruare ptr quod talis promissio illaqueatio
ne promittentis anime uideretur. clare uideretur promissio huiusmodi
ad alium intellectum absque intentione promittentis non debere pstringi
nisi ut obseruantia euangelij sit sicut tradita reperitur a xpo. licet q pre
cepta ut precepta et consilia ut consilia a promittentibus obseruentur. Quem
intellectum etiam in eisdem verbis ide bis fratrum in serie sue professionis
in regula euidenter ostendit cum aliqua euangelica consilia indicat ut consilia
sub verbis monitionis exhortationis et consilij nonnulla uero sub phibitione
ac verbo precepti per quod patet q non fuit intentio loquentis q fres ex pro
fessione huiusmodi regule ad omnia consilia sicut ad precepta euangelij
teneantur Sed solum ad illa consilia quem eadem regula preceptorie uel inhi
bitorie seu sub verbis equipollentibus sunt expressa. Unde nos ad fratres
eiusdem ordinis conscientias plenius serenandas Declaramus q ex
professione eiusdem regule ipsi ad ea tantum euangelica obseruanda consilia
sunt astricti que in ipsa regula preceptorie uel inhibitorie seu sub uerbis
equipollentibus exprimuntur Ad nonnulla uero alia per euangelium data consilia
eo magis secundum exigentiam sue status tenentur plus quam alij xpiani quo per statum
pfectionis quam per professionem huiusmodi assumpserunt se obtulerunt
dno mediatum preceptum omnium huiusmodi. Ad omnia autem que in ipsa regula con
tinentur cum precepta quam consilia quam cetera ex vi professionis huiusmodi
et non aliter tenentur quam eo modo quo in ipsa regula continentur. Sic ut teneantur ad
eorum obseruantiam que in eadem regula ipsis sub verbis obligatoriis indi
cuntur Ceterorum uero obseruantias que sub verbis monitoriis exhortatoriis
informatoriis instructoriis seu quibuscumque alijs exprimuntur. eatenus
magis conderet de bono et equo eos psequi quo imitatores tanto pfectius
effecti xpi semitas arctius elegerunt. Porro cum ipsi regule expresse
conueniat q fres nichil sibi appropriant nec domum nec locum nec aliquam rem sitque
declaratum per eundem predecessorem nostrum Gregorium nonum et nonnullos alios
hoc obseruari debere tam in speciali quam in communi quam sic arctum abdicationem
venenosis obtrectationibus aliquorum insensata depravauit astucia ne fratrum

Sup eo q fres nichil sibi appropriant

eiusdem perfectionis claritas talium imperitis sermonibus lacer[e]tur.
Dicimus quod abdicatio proprietatis huiusmodi omnium rerum tam in speciali
quam etiam in communi propter deum meritoria est et sancta quam et Christus viam
perfectionis verbo docuit et exemplo firmavit quamque primi fundato-
res militantis ecclesie prout ab ipso fonte hauserunt volentes
perfecte vivere per doctrine ac vite ipsorum alveos derivarunt. Nec his
quisquam putet obsistere quod interdum dicatur Christum loculos habuisse
Nam sic ipse Christus cuius perfecta sunt opera in suis actibus viam
perfectionis exercuit quod interdum imperfectionibus infirmorum condescen-
dens et viam perfectionis extolleret, et imperfectorum semitas non
damnaret. Sic infirmorum personam Christus suscepit in loculis sicut et
in nonnullis aliis infirma humane carnis assumens prout evangelium testatur
istoria non tantum carne sed et mente condescendit infirmis. Sic enim
humanam naturam assumpsit quod in suis operibus perfectus existens in imis
factus humilis et in propriis permansit excelsus. Sic et summe carita-
tis dignatione adactus quandam huic imperfectioni conformes inducitur
quod a summe perfectionis rectitudine non curvatur. Egit namque Christus
et docuit perfectionis opera. Egit etiam et infirma sicut interdum in
fuga patet et loculis. Sed in utrisque perfecte perfectus ostendens ut perfectis
et imperfectis se viam salutis ostenderet qui utrosque salvare venerat
qui tandem mori voluit pro utrisque. Nec quisquam ex his insurgat
errore quod taliter propter deum proprietatem omnium abdicantes tamquam homicide
sui temptatores dei vite discrimini se committunt. Sic enim se ipsos com-
mittunt divine providentie in vivendo ut viam non contempnant
provisionis humane quam vel de his que offeruntur liberaliter, vel
his que mendicantur humiliter, vel de his qui acquiruntur per
laborem sustentent. Qui triplex vivendi modus in regula providetur
expresse. Profecto si iuxta promissa salvatoris usque deficiet fides
ecclesie per quam nec opera misericordie subtrahentur. Ex quo et pauperi-
bus omnis ratio diffidentie cuiuslibet videtur esse sublata. Et
quidem quod non est aliquatenus presumendum. Et si cuncta deficeret
sicut nec ceteris sic nec ipsis iure poli in extreme necessitatis articulo
ad providendum necessitati nature via omnibus extrema necessitate
detentis concessa precluditur cum ab omni lege extrema necessitas
sit excepta. Non autem per talem abdicationem proprietatis omnimode renuntiatio

usus rerum cuiusque videatur indicere. Nam cum in rebus temporalibus sit
considerare precipue proprietatem, possessionem, usumfructum, ius utendi et sim-
plicem facti usum, et ultimo tamquam necessario egeat, cum primis careat,
possit vita mortalium, nulla prorsus potest esse professio que a se usum
necessarie sustentationis excludat. Verum condecens fuit ei profes-
sioni que sponte devovit Christum pauperem in tanta paupertate sectari
omnium abdicare dominium et rerum sibi concessarum necessario usu fore
contentam. Nec per hoc quod proprietatem usus et rei cuiuslibet dominium a se ab-
dicare videtur simplicis usus omnis rei renuntiasse convincitur
qui usque usus non iuris sed facti tantummodo nomen habens quod facti
est tantum in utendo prebet utentibus nichil iuris quin immo ne-
cessariarum rerum tam ad vite sustentationem quam ad officiorum sui status
executionem excepto quod de pecunia infra subiungitur moderatus usus
secundum eorum regulam et veritatem commodum concessus est fratribus quibus rebus
fratres liceat uti possint dictante conscientie licentia et iuxta quod
in presenti serie continetur. Nec his obviare dignoscitur quod cuiuslibet providentia
in humanis rebus humane constituit videlicet non posse usum vel usufruc-
tum a dominio perpetuo separari, que ne dominium dominis semper absistente
usu redderetur inutile, temporalem utilitatem tantum in constituendo prospiciens
ista decrevit. Retentio namque dominii talium rerum cum concessione
usus facti pauperibus non est infructuosa domino cum sit meritoria
ad eternam salutem et professionem pauperum oportuna que tanto sibi cen-
setur utilior quanto commutat temporalia pro eternis. Profecto non fuit confes-
sionis Christi instituentis istam regulam qui immo contrarium in ipsa conscripsit
contrarium vivendo servavit, cum et ipse temporalibus ad necessitatem usus
fuerit, et in pluribus locis in regula usum talem licere fratribus manifestet.
Dicit namque in regula quod clerici faciant divinum officium ex quo habere poterunt
breviaria ex hoc patenter insinuans quod fratres sint habituri et usuri brevia-
rii et librorum qui sunt ad divinum officium oportuni. In alio quoque capitulo
dicit quod ministri et custodes pro necessitatibus infirmorum et aliis fratribus
induendis per amicos spirituales sollicitam curam gerant secundum loca et
tempora et frigidas regiones sicut necessitati viderint expedire. Alibi
etiam exortans fratres per congruum laboris exercitium ad ocium evitandum
dicit de mercede vero laboris pro se et suis fratribus corporis necessaria recipiant.
In alio quoque capitulo continetur quod fratres vivant pro elemosina confidenter. Habet

certum in regula eadem quod fratres in predicatione quam faciunt sint examinata et casta eorum eloquia ad utilitatem et edificationem populi annunciando eis vicia et virtutes penam et gloriam. Sed constans est quod hec supponunt scientiam, scientia requirit studium, exercitium vero studij convenienter haberi non potest sine usu librorum. Ex quibus omnibus satis claret ex regula ad victum vestitum divinum cultum et sapientiale studium necessarium rerum usum fratribus esse concessum. Patet itaque sane intelligentibus ex predictis regulam que ad abdicationem huiusmodi non solum observabilem possibilem et licitam sed meritoriam et perfectam Et eo magis meritoriam quo per ipsam professores ipsius magis a temporalibus propter deum sicut predicatur elongantur. ¶ Ad hec cum fratres ipsi sibi nichil in speciali acquirere vel eorum ordini possint etiam in communi Et cum aliquid propter deum ipsis offertur conceditur vel donatur etsi secus non exprimat offerentis vel concedentis verisimiliter fuisse creditur intentio ut rem huiusmodi oblatam concessam vel donatam perfecte concedat donet vel offerat a se abdicet dominium ac in alium transferri cupiat propter deum nec sit persona in qua loco dei congruencius huius rei dominium transferatur quam sedes prefata vel persona romani pontificis vicarij christi qui pater est omnium et fratrum nichilominus specialis, ne talium rerum sub incerto videantur esse dominia Cum patri filius suo modo servus domino et monachus monasterio res sibi oblatas concessas vel donatas acquirant omnium utensilium et librorum ac omnium mobilium presencium et futurorum, que et quorum usum facti solet ordini vel fratribus ipsis licet habere proprietatem et dominium quod et felicis recordationis Innocencius papa quartus predecessor noster fecisse dignoscitur in nos et romanam ecclesiam apostolica auctoritate recipimus et ad nos et ad ipsam plene et libere pertinere hac presenti constitutione in perpetuum valitura sancimus. ¶ Preterea loca empta de helemosinis diversis et oblata seu concessa fratribus sub quacumque forma verborum licet fratres sibi caveri debeant quod in huiusmodi verbis statui suo incompetentibus non utantur adversis seu pro indiviso possidentibus seu certas partes in ipsis locis habentibus in quibus ipsi possidentes pro indiviso seu certas partes habentes nichil sibi in oblatione seu concessione huiusmodi reservaverit similiter in ius et dominium ac proprietatem nostram et ecclesie predicte auctoritate eadem suscipimus. Loca vero seu domus pro habitatione fratrum a singulari vel

Proprietas et dominium mobilium concessorum ad usum fratrum sedi apostolice pertinet.

Item locorum concessorum fratribus dominium spectat eidem sedi.

collegio ipsis fratribus ex integro concedenda seu etiam offerenda si talia de voluntate conferentis fratres inhabitare contigerit. presenciarum tamen voluntate concedentis inhabitent ac illa libere preter ecclesias et oratoria ad ecclesiam destinata et cymiteria que tamen prenotata quod futura in ius et proprietatem nostram et romane ecclesie similiter modo et auctoritate recipimus mutata concedentis voluntate, ac ipsis fratribus patefacta dimittantur in quorum locorum domino seu proprietate nichil nobis vel prefate romane ecclesie retinemus omnino nisi ea specialiter de nostro seu ipsius romane ecclesie recipiatur assensu. Et si in eisdem locis reservaverit dominium concedens in concedere pro habitatione fratrum tale dominium in ius sepedicte ecclesie non transeat sed pocius plene liberum remaneat concedenti ¶ Insuper nec vestibus nec alia quorum usum ad necessitatem et officiorum sui status exercitorum non tamen usum omnium rerum habere debent ut dari est ad ullam superfluitatem divitias seu copiam que derogent paupertati vel thezaurisationem vel eo animo ut ea distrahant seu vendant recipiant, nec sub colore providentie in futurum nec alia occasione. quinymo in omnibus appareat in eis que ad dominium omnimoda abdicatio et in usu necessitas Hec autem secundum exigentiam personarum seu locorum ministri et custodes simul et separatim in suis administrationibus et custodijs cum discretione disponant Cum de talibus interdum personarum qualitas temporum varietas locorum conditio et nonnulle alie circumstantie plus minusve ac aliter providen requirant. Ita tamen sic faciant quod semper in eis et in eorum actibus paupertatis sancta reluceat prout ipsis ex eorum regula invenitur indicta. ¶ Ceterum cum in eadem regula sit sub precepti districtione prohibitum ne fratres recipiant per se vel per alios denarios vel pecuniam ullo modo ac fratres imperpetuum servare cupiant et velint inviolatum necnon habeant adimplere ne ipsorum puritas in huiusmodi observatione precepti maculetur in aliquo vel sermo conscientie aliquibus aculeis stimulentur articulum ipsum propter detrahentium morsus profundius quam nostri predecessores fecerunt assumentes ac ipsum clarioribus determinationibus prosequentes. Dicimus in primis quod fratres ipsi a mutuis contrahendis abstineant Cum eis mutuum contrahere ipsorum statu considerato non liceat. possunt tamen ipsi pro satisfactione pro certis necessitatibus facienda que pro tempore occurrent assentibus eius de quibus satisfieri commode tunc non posset circa huiusmodi obligationis

Fratres non utantur nisi ad superfluitatem.

Declaratio super receptione pecunie.

vinculum, dicere quod per eleemosynas et alios amicos fratrum absolutionem huiusmodi faciendam intendunt fideliter laborare, quo casu promittetur a fratribus quod ille qui dabit eleemosynam per se vel per alium non nominandum ab ipsis, si fieri poterit, sed potius ab eo iuxta suum placitum assumendum huiusmodi satisfactionem faciat in totum vel in partem prout sibi dominus inspirabit. Si ipse hoc tamen nollet facere vel non posset, vel quia recessus eius imminet, aut quia quibus hoc velit committere notitiam non habet fidelium personarum seu quacumque alia occasione vel causa, declaramus et dicimus quod in nullo regulae puritas infringitur aut quomodolibet ipsius observantia maculatur, si fratres ipsi alium vel aliquorum sibi curent dare notitiam vel aliquem seu aliquos nominare aut etiam praesentare, cui vel quibus, si eleemosynam facienti placuerit, committi possit executio praedictorum, ac ipsius habeatur assensus super ~~subrogationibus~~ subrogationibus infrascriptis. Ita tamen quod penes ipsum dantem dominio, proprietate ac possessione ipsius pecuniae cum libera potestate revocandi sibi pecuniam ipsam semper usque ad conversionem ipsius in rem deputatam plene, libere ac integre remanentibus, et in ipsa pecunia nihil omnino fratres iuris habeant nec administrationem seu dispensationem, nec contra personam nominatam ab eis vel non nominatam cuiuslibet conditionis existat in iudicio vel extra actionem, prosecutionem aut aliquid aliud iuris habeant, qualitercumque persona praedicta in commissione huiusmodi se haberet. Liceat tamen fratribus suas necessitates insinuare ac specificare vel exponere personae praedictae ac eam rogare quod pro se solvat, et praeterea etiam personam eandem exhortari ac inducere quod fideliter in re commissa se habeat et animae suae saluti in commissa sibi executione provideat; licitum tamen quod ab omni eiusdem pecuniae administratione seu dispensatione et contra personam praedictam actione seu prosecutione, ut superius dictum est, fratres abstineant omnimodo. Si vero persona huiusmodi nominata vel non nominata a fratribus quominus per se possit exequi quod praedicitur, contingeret per absentiam, infirmitatem seu distantiam locorum ad quae ipsa nollet accedere, in quibus esset solutio vel satisfactio facienda, vel actionem aliam impediri, liceat fratribus cum conscientiae puritate ad unam aliam personam subrogandam ad praemissa nominando, et aliis, si ad primum dantem non possint vel nolint habere recursum, cum ista persona facere sicut superius proxime declaravimus, eis licere. Duarum enim personarum ministerium per unam subrogationis,

ut dictum est, convenientius et specialius videtur posse in praedictorum executione sufficere, cum praedicta satisfactio praesumatur posse celeriter expediri. Si tamen interdum propter locorum distantiam in quibus esset satisfactio facienda, et conditiones seu circumstantias alias, casus emergeret in quo videtur plurium personarum subrogandarum ministerium opportunum, liceat ipsis fratribus in hoc casu iuxta negotii qualitatem servato modo praedicto plures personas assumere, nominare seu praesentare ad istud ministerium exequendum. Et quia oportet et expedit fratrum necessitatibus non ut solum illis pro quibus iam esset solutio seu satisfactio facienda, ut supra proxime dictum est, sed etiam imminentibus, sive tales necessitates ingruentes immineant quae brevi tempore expediri valeant, sive tales, licet pauca, comparatae quarum provisio necessario tractum temporis habet, ut in libris scribendis, ecclesiis seu aedificiis ad usum habitationis ipsorum construendis, libris et pannis remotis emendis et aliis similibus, si quae occurrerint, cum moderamine superdicto salubriter provideri, sicut in ipsis necessitatibus clare distinguimus, sic in eis fratres posse tute et sana conscientia procedere declaramus, videlicet ut ingruenti vel imminenti necessitate quae brevi tempore vel interdum ex aliquibus circumstantiis non sic brevi, ut supra in proximo casu dictum est, valeat expediri, tam quoad datorem eleemosynae quam quoad nominatum vel substitutum in omnibus et per omnia sicut in articulo solutionis pro necessitatibus praeteritis faciendae supra proxime declaravimus procedatur. In ea vero necessitate quae imminens personali ingruente, quae tamen ex qualitate sui, ut praedicitur, tractum temporis habet ingentem, quia in eo casu verisimile est quod tam tarde distantiae locorum quam expeditione necessitatis ipsius et sui conditione requiretur quam circumstantiarum ipsius necessitatis tardae perfectioni frequenter casus accederent, in quibus ad expeditionem necessitatis huiusmodi oporteret quod per diversas manus et personas transiret pecunia necessitati huiusmodi deputata, quarum omnium personarum impossibile quasi esset dominum principalem pro ipsa necessitate pecuniam deputantem seu etiam substitutum ab eo et tertium etiam ab ipso substituto, si casus talis accideret, postea subrogatorum habere notitiam, declaramus et dicimus quod in hoc articulo praeter dictos duos modos in necessitatibus praeteritis et ingruentibus quae possunt brevi tempore vel interdum non brevi, ut supra exprimitur, expediri, ut praediximus observandos ad conservandam ipsius regulae ac professorum eius commodam puritatem, quod si praesto sit eleemosynae huius largitor vel eius nuncius qui possit facere hoc, vel expresse ille dicat a fratribus quod si placeat

domino talis pecunie cum libera potestate revocandi sibi pecuniam ipsam penes ipsum semper usque ad conversionem ipsius in rem deputatam libere remanere, ut in aliis duobus casibus superius dictum est, per quemcumque manus pecunia seu alia ipsa tractetur, sive personis ab eo vel a fratribus nominatis totum vel partem suo consensu et voluntate ac auctoritate prodit. Quo assensum suum prestante predictis, secure fratres re empta vel acquisita de ipsa pecunia per quemcumque modum annotatum superius uti possunt.

iux Ad maiorem autem predictorum claritatem hac in perpetuum valitura provisionis serie declaramus, quod fratres premissis modis, ut predicitur, circa pecuniam in supportandis eorum predictis et ingruentibus necessitatibus observatis, non intelligi vel dici possunt per se vel per interpositam personam pecuniam recipere contra regulam vel contra ordinis sui puritatem, cum manifeste pateat ex premissis ipsos fratres non solum a receptione proprietatis dominii sive usus ipsius pecunie, verum etiam a contractatione qualibet ipsius et ab ea penitus alienos.

Quod fratres non possunt recipere nec etiam contractare pecuniam

In eo vero casu, quo antequam ipsa pecunia in licitum rei habende vel utende commercium sit conversa, concedentem pecuniam mori contigerit, si concedens in concedendo dixerit vel expresserit quod persona deputata pecuniam ipsam ad necessarium usum fratrum expenderet, quamquam de ipso contigerit, sive concedens heredem reliquerit sive non, possunt fratres ad personam deputatam, non obstante concedentis morte vel heredis contradictione, pro illa pecunia expendenda recurrere, sicut poterant ad ipsum dum concedentem.

Quia vero puritatem ipsius ordinis intima cordis affectione zelamur, cum in predictis casibus ad determinatam necessitatem, ut predicitur, per aliquem pecuniam concedi contigerit, concedens pecuniam rogari possit a fratribus, quod si quid de ipsa pecunia habita necessitate determinata superfuerit, consentiat ipse concedens quod residuum prefate pecunie in res alias pro aliis ipsorum fratrum predictis necessitatibus convertatur; quod non consentiente predictis, ipsum residuum quod habuerit restituatur eidem. Caveant tamen fratres ut sollicite se coaptent, ut non plus scienter plus concedi consentiant quam verisimiliter extimare possent tunc necessariam rem pro qua pecunia ipsa conceditur valituram. Et quia predictorum seriosa expositione adiuncte vel recipiente de facili posset errari, ut claritas utilitatis damnum puritati ordinis, simplicitati aliquorum simpliciorum saluti animarum hinc et inde salubriter consulatur, intellectum illum qui satis in hoc casu adiuncte intelligente perpatet, presentis ac in eternum valiture constitutionis serie lucidamus. Volentes

illum ad eorum deduci notitiam, licet quod semper, quando pecunia fratribus ipsis mittitur vel offertur, nisi expresse per mittentem vel offerentem aliud exprimatur, pro dictis modis prefatis oblata intelligitur et missa. Non enim verisimile est aliquem elemosinam sic sine expressione modi illum prefigere per quem et donans merito vel illi quorum necessitatibus intendit, per dominium huiusmodi providere vel efficere domini, vel sic contra puritatem fratrum dentur.

